



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118510

§. 86. Responsum Cæsar is ad Protestantium Oratores.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolver.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

§. LXXXVI.

Sæcul XVI.
A.C. 1543.

*Responsum Cæsaris ad Protestan-
tium Oratores.*

Biduo post Cæsar hisce Oratoribus re- *Sleid. p.495.*
sponsum præsente Granvellano per
Joannem Navium dedit hunc in mo-
dum: *Non est, quod amplius requiratis;*
satis enim vobis de pace superioribus De-
cretis cautum fuit: Camerae autem Judi-
ces indicta caussa removeri non possunt,
nihilominus mense Octobri de ipsis inqui-
retur, nec impune abibit, si quid in eis
culpæ residuebit: pariter contributionum
moderatio, nisi de communi omnium Or-
dinum voluntate ac consilio, fieri non po-
test, unde potius respiciatis ad præsentem
Reipublicæ statum, cumque sit maximis
res periculi, nisi quamprimum subvenia-
tur, hinc reliquorum Ordinum exemplo
& vos auxilia adversus Turcam confe-
tis: mihi autem nunc est totis viribus
eundum in Galliarum Regem, ac Ducem
Cliviensem, ut meos subditos ab injuria
defendam: cum autem Henricus Brunsvi-
censis suarum ditionum restitutionem vehe-
menter urgeat, quid in ea re vestra sit
voluntas, ostendatis. Accepto hoc re-
sponsio Protestantes confessim illud in
tabulas referri, sibique scripto dari pe-

K 5

te-

Sæcul. XVI. tebant. Annuit lubenti animo Cæsar,
A.C. 1543. atque ipsi re maturius perpensa Gran-
vellano æque ac Navio hæc expone-
bant: *Cum de pace nobis non sit sa'isa-
etum, Cæsar's declarationem Ratisbona
factam effectui dari petimus, atque de Bruns-
vicensis Ducis caufsa audiri efflagitamus.*
His Granvellanus hanc in sententiam
respondit: *Hac super re nullum amplius
habeo mandatum, nec Cæsar aliter facere
potest, nisi vero Brunsvicensis Dux ami-
ca compositione restituatur, haud dubi-
alias inhibet rationes, per quas sua recu-
perabit:* Oratores autem, cum haud
amplius obtinere possent, Cæsare vale-
re jusso abierunt, ut de re gesta Prin-
cipes suos plenius edocerent.

§. LXXXVII.

Leges a Mauricio Saxonie Duce latæ.

Steid. p. 492. & 93. Sub idem tempus Mauritus Saxonie
Dux leges aliquot condidit, quæ
deinceps in ipsius ditionibus servaren-
tur, ac quidem primo populi *Doctores*
& *Ecclesiæ Ministros* hortatur, ut officium
diligenter faciant, pure doceant *Evangeli-
um*, præluceant honestis vitæ exemplis, hor-
tentur homines ad precationem & mutuam
charitatem, vitia reprehendant acriter, &